Sopho. 8. Expecta me in die resurrectionis mee in futurum. tertio ponit probationem maiorem dicens. **Mat. 33** quod videt quis quid. i. cur spat. quasi dicat. Spes importat motum anime in aliquid non habitum tendentem. Cui autem aliquid iam habetur non est necessarium ut in id aliquid moueat. Et est notandum quod spes ex fide quodammodo dicitur attribui spei operis illud quod est fidei. i. esse de non visis. secundum illud. **he. 11.** Fides est argumentum non apparentium. quarto ponit conclusionem dicens. Si autem quod non videmus speramus sequitur quod propter patientiam expectamus. Unde notandum est quod propter patientiam importat tolerantiam tribulationum cum quadam equanimitate. **in fra. 12.** In tribulatione patientes. quod vero dilatatio boni habet quandam rationem mali. Unde est quod etiam diuturna expectatio honorum absentiis cum tranquillitate animi attribuitur patientie. sed hoc maxime ad logarithimitatem pertinet secundum illud **Ja. 2.** Patientes estote versus ad aduentum domini. Atque autem modo patientia hic accipitur quod apertim expectabatur equanimitate gloria et cum dilatatione et tribulatione. **Deinde** eorum dicit. Similiter autem et. ostendit quomodo per spiritum sanctum adiuvamur in defectibus vite presentis. Et primo quantum ad completionem desideriorum. secundo quantum ad directionem exteriorum euentuum ibi. Scimus autem et. Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. 2. manifestat propositum ibi. **Ma. 13** quid oremus et. Dicit ergo primo. Dicitur est quod per spiritum sanctum vivificabuntur nostra mortalia corpora quoniam auferretur a nobis nostra infirmitas. Similiter autem et in statu huius vite in quo adhuc infirmitati subijcitur spiritus adiuvat infirmitatem nostram. et si non totaliter eam tollat. **eze. 3.** Spiritus quoque eleuauit me. et assumpsit me abij amarum in indignatione spiritus mei quasi infirmitate nodum totaliter cessante. **Mat. 26.** Spiritus quidem propterea est caro autem infirma. **Deinde** cum dicit. **Ma. 13** quid oremus et. manifestat quod dixerat. Et primo ostendit necessitatem auxilii spiritus quod pertinet ad infirmitatem presentis vite. 2. ostendit modum auxilii ibi. Sed ipse spiritus et tertio ostendit efficaciam auxilii ibi. Qui autem scrutatur et. Dicit ergo primo. Recte dico quod spiritus adiuvat infirmitatem nostram. **Ma. 13** in hoc patimur infirmitatem quod nescimus quid oremus sicut oportet. **Job. 3.** Viri cuius abscondita est via et circumdedit eum deus tenebris. Et est considerandum quod duo dicit nos apostolus nescire. scilicet quod oramus et quod petamus et modum quo petere oportet. sed virtutes videtur esse falsum. **Ma. 13** primo scimus quid oremus quod hoc nos dominus docuit. **Mat. 6.** Sacerdotes nomini tuo et. Sed videndum quod in generali quid possumus scire quid conuenienter oremus. sed in speciali hoc non possumus scire. primo quidem quod si desideramus aliquod opus virtutis facere quod est implere dei voluntatem sicut in celo et in terra. potest contingere quod illud opus virtutis non est huius vel illi congruum sicut alicui qui viriliter posset in actione proficere non expedit orationis quietes. et e converso ut greg. dicit in moralibus super illud **Job. 5.** Ingressus in abundantiam sepulchri. Unde dicitur **puer. 14.** Est via que videtur homini iusta. nouissima autem illius ducunt ad mortem. 2. aliquis desiderat aliquod temporale bonum ad sustentationem vite quod est petere panem quotidianum quod tamen sibi vertitur in periculum mortis. Multi enim propter diuitias perierunt. **ecc. 5.** Diuitis peruenire in malum domini sui. 3. aliquis desiderat liberari ab aliqua molestia temptationis que tamen est sibi ad custodiam humilitatis. sicut paulus petijt am moueri a se stimulum qui tamen erat ei datus ne eius magnitudo revelationis extolleret. ut dicitur. **2. cor. 12.** Similiter etiam videtur quod sciamus sicut oportet nos orare secundum illud. **Iac. 1.** postulet in fide nihil hesitans. Et ad hoc videndum quod in generali hoc scire possumus sed in speciali motus cordis nostri versus quos discernere non possumus. ut puta virtutem petamus aliquid ex ira vel ex zelo iustitie. Unde **Mat. 20.** reprobanda est petitio filiorum zebedei quod licet vi-

deretur participationem diuine glorie postulare: tamen ex quadam gloria seu elatione precedebat eorum petitio. **De** inde cum dicit. Sed ipse et. ponit modum auxilii spiritus sancti dicens quod ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quod quidem videtur suffragari errori arrii et macdonij qui posuerunt spiritum sanctum esse creaturam et minoris rem patre et filio. postulare enim est minoris. sed si ex eo quod dicit cum postulare intelligamus eum esse passibilem creaturam et patre maiorem. sequens est etiam quod ex eo quod dicit eum gemitibus postulare. intelligamus eum esse passibilem creaturam beatitudine carentem. quod nullus unquam hereticus dixit. Nam gemitus ex dolore est qui ad miseriam pertinet. Et ideo exponendum est postulat id est postulantem nos facit sicut et gen. 22. Hunc cognouit quod tuncas dominum id est cognoscere effectum. Facit autem nos spiritus sanctus. postulare in quantum in nobis recta desideria est. Nam postulatio est quedam desideriorum explicatio. Desideria autem recta ex amore caritatis pronantur qua in nobis spiritus sanctus facit. supra **5.** Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Spiritus autem sancto dirigente et dirigente cor nostrum et nostra desideria non possunt esse nisi nobis utilia. **1. sa. 4.** Ego dominus docens te virtutem. et ideo subdit. Pro nobis. Etiam autem quod multum desideramus et desideranter petimus dilatationem cum dolore et gemitibus patimur. Et ideo subdit. Gemitibus. quos spiritus sanctus de nostro est in quantum. scilicet nos facit celestia desiderare que differuntur. Iste est gemitus columbe quem spiritus sanctus in nobis facit. **Ma. 2.** Minabantur gementes ut colabe. Dicit autem inenarrabilibus. aut quod sunt propter rem inenarrabilem scilicet celestem gloriam. **2. cor. 12.** Audiuit archana verba que non licet homini loqui. Aut quod ipsi mortis sufficienter enarrari non possunt. secundum quod spiritus sancto procedunt. **Job. 38.** Quis enarrabit celorum rationem. **Deinde** cum dicit. Qui autem scrutatur et. ostendit efficaciam auxilii quo spiritus sanctus nos adiuvat dicens. Qui autem scrutatur corda id est deus cui propter est corda scrutari. **ps.** Scrutans corda et renes deus. Dicit autem deus scrutari corda non quod inquirere occultis cordis cognoscat. sed quod manifeste scit ea que in corde latent. **Sopho. 1.** Scrutabor iherusalem in lucernis. Deus in quantum scrutans corda scit id est approbat secundum illud. **2. thi. 2.** Nouit dominus qui sunt eius. Quid consideret spiritus. i. quid considerare nos faciat. **ps.** Domine ante te ostendit desiderium meum. Ideo autem desideria spiritus que in sanctis facit spiritus sanctus sunt deo accepta quod postulat pro sanctis. i. postulare eos facit secundum deum. id est quod uenit diuino beneplacito. **puer. 10.** Desiderium iustorum ostendit bonorum. In cuius exemplum dominus patri dicebat. Non sicut ego volo. sed sicut tu vis. **Mat. 26.**

Lectio sexta.

Limus autem quoniam diligenteribus deum omnia cooperantur in bonum huius qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos presciuit et predestinauit conformes fieri ymaginis filii sui: ut sit ipse primo genitus in multis fratribus. Quos autem predestinauit hos et vocauit. et quos vocauit: hos et iustificauit. Quos autem iustificauit: illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis quis contra nos? Qui etiam pro primo filio suo non peperit. sed pro nobis omnibus tradidit illum. Qui non etiam cum illo omnia nobis donauit.

Ad Romanos

Ostendit supra ap[osto]lus q[uo]d sp[irit]us sanct[us] adinu[er]it infirmitate[m] p[ro]p[ter] vite[m] q[ui]bus ad imple[n]sio[n]e[m] nostror[um] desiderior[um]. **O**stendit qual[ite]r nos iuvat q[ui]bus ad exteriores euent[us] d[omi]n[us] g[er]endo in bonu[m] nostru[m]. **E**t p[ri]mo p[ro]ponit q[uo]d int[er]dit. sec[un]do p[ro]bat p[ro]positu[m] ibi. **M**as quos p[re]sciuit et. tertio infert qua[m]dam co[n]clusionem ex d[omi]nis ibi. **M**as ergo sep[ar]avit illos et. **C**irca p[ri]mu[m] duo co[n]sideranda occurrunt. **P**rimo quidem magnitudo beneficij que nobis a sp[irit]u sancto p[er]fertur ut. s. omnia nobis cooperent[ur] in bonu[m]. **A**d cui[us] evidentia[m] co[n]siderand[um] est q[uo]d q[ui]cquid sit in m[un]do etia[m] si malu[m] sit cedit in bonu[m] vniuersi q[ui] ut aug. dicit in ench. **D**e[us] e[st] adeo bon[us]: q[uo]d nihil mali esse p[er]mitteret nisi esset adeo potens q[uo]d ex q[ui]bet malo posset elicere aliquid bonu[m]. **N**o aut[em] semp[er] cedit malu[m] in bonu[m] eius in quo est sicut corruptio vni[us] animalis cedit quide[m] in bonu[m] vniuersi in q[ui]bus p[er] corruptione[m] vni[us] generat aliud. no[n] t[ame]n in bonu[m] eius q[uo]d corrumpit q[ui] bonu[m] vniuersi est a deo volitu[m] sc[ilicet] se et ad ip[s]u[m] ordinatur om[n]es p[ar]tes vniuersi. **E**t eade[m] ratio esse videt[ur] circa ordines nobi[li]ssim[os] p[ri]mu[m] ad alias p[ar]tes. q[ui] malu[m] alia[rum] p[ar]tu[m] ordina[tur] in bonu[m] nobilissim[arum]. **S**ed quicquid sit circa nobilissimas p[ar]tes no[n] ordinat nisi in bonu[m] ip[s]ar[um] q[ui] de eis p[ro]pter se cura habet. **S** alij aut[em] p[ro]pter ip[s]as. sicut medicus infirmitatem pedis sustinet ut curet caput. **I**nter om[n]es aut[em] p[ar]tes vniuersi excellit sancti dei ad quor[um] quilibet p[er]tinet q[uo]d dicitur. **M**at. 25. **S**up[er] o[mn]ia bona sua co[n]stituet eum. **E**t ideo quicquid accidit vel circa ip[s]os vel alias res totu[m] in bonum eor[um] cedit ita q[uo]d verificat q[uo]d dicit p[ro]p[ter] xj. **Q**ui stult[us] est seruiet sapienti q[ui] s. etia[m] mala peccator[um] in bonu[m] iustor[um] cedunt vnde et de sp[irit]u cura[m] de iustis habere dicit[ur] sc[ilicet] cu[m] illud. ps. **O**culi d[omi]ni sup[er] iustos. in q[ui]bus. s. sic de eis curat q[uo]d nihil mali circa eos p[er]mittit q[uo]d no[n] in eor[um] bona co[n]uertat. **E**t hoc quide[m] manifestu[m] est q[ui]bus ad malum penalia que patiunt[ur]. **U**nde in glo. dicit q[uo]d ip[s]o[rum] infirmitate[m] exerceat humilitas. afflictione[m] patia. co[n]tradictione[m] sapientia. odio humilitas beati. **S**ed nu[m]quid etia[m] eis peccata co[n]uertantur in bonu[m]? **Q**uid[am] dicit q[uo]d peccata co[n]uertent no[n] sub hoc q[uo]d dicit o[mn]ia. q[ui] sc[ilicet] augustinu[m] peccatu[m] nihil est et nihil sunt ho[m]ines cu[m] peccat. **S**ed co[n]tra hoc est q[uo]d in glo. sequit[ur]. **U**sq[ue] adeo talib[us] deus o[mn]ia cooperatur in bonu[m] ut si qui horum deuant et exorbitant etia[m] hoc ip[s]u[m] eis faciat p[ro]ficere in bonu[m]. **U**nde et in ps. dicit. **C**u[m] ceciderit iustus no[n] collidetur q[ui] d[omi]n[us] supponit manu[m] sua[m]. **S**ed sc[ilicet] hoc videtur q[uo]d semp[er] tales in maiori caritate resurgat q[ui] bonu[m] ho[m]i[n]is in caritate co[n]stitit. qua[m] si no[n] habeat apostol[us] se nihil esse re[co]gnoscit. i. cor. 13. **S**ed dicendu[m] est q[uo]d bonu[m] ho[m]i[n]is no[n] solum co[n]stitit in q[ui]tate caritatis sed p[ri]ncipue in ip[s]ius p[ro]fuerantia vsq[ue] ad morte[m] sc[ilicet] illud **M**at. 24. **Q**ui p[ro]fuerantia uerit[er] vsq[ue] in fine hic saluus erit. **E**t hoc aut[em] q[uo]d iust[us] cadit resurgit cautior et humilior. **U**nde in glo. subdit post q[uo]d dixerat q[uo]d hoc ip[s]u[m] faciat eis in bonu[m] p[ro]ficere. q[ui] sibi humiliores redeunt atq[ue] doctiores. **D**iscit[ur] em[en] cu[m] tremore se exultare debere. no[n] quasi arrogando sibi tanq[ua]m de sua virtute si ducia p[er]manendi. **E**t sc[ilicet] o[mn]i p[ro]pter co[n]siderare quib[us] hoc b[en]eficium co[m]petat. **C**irca q[uo]d p[ri]mo at[te]nditur aliquid ex p[ar]te ho[m]i[n]is cu[m] dicit. **D**iligetib[us] de[us]. **D**e[us] em[en] dilectio est in nob[is] p[ro] inhabitante[m] sp[irit]u[m] ut habit[us] est supra. 2. **I**p[s]e aut[em] sp[irit]us sanct[us] est qui nos dirigit in via[m] recta[m] ut dicit in ps. **U**nde dicit. i. pe. 3. **Q**uis est qui vobis noceat si boni emulatores fueritis: **E**t in ps. **P**ax multa diligentib[us] lege[m] tuam et no[n] est illis sc[ilicet] adalium. **E**t hoc r[ati]onabiliter. q[ui] ut dicitur p[ro]p[ter] x. **E**go diligetis me diligite. diligere est bonu[m] velle dilecto dei aut[em] velle est opari. **E**tia[m] em[en] quecu[m]q[ue] voluit fecit ut in ps. dicit. **E**t ideo p[ro] o[mn]ia co[n]uertit in bonu[m] hijs qui eu[m] diligunt. sc[ilicet] attendit id q[uo]d est ex p[ar]te dei. qui p[ri]mo fideles a b[ea]to eterno p[re]destinauit. sc[ilicet] ex t[em]p[or]e vocat.

tertio sanctificat et hec tria agit cu[m] dicit. **H**is qui sc[ilicet] p[ro]positum vocati sunt sancti. i. p[re]destinati vocatis et sanctificatis. ut p[ro]positu[m] referat ad p[re]destinatione[m] que sc[ilicet] aug. est p[ro]positu[m] miserendi. **E**p[isto]l[am]e. i. **P**redestinati sc[ilicet] p[ro]positi vsq[ue] ei[us]. **Q**uod dicit vocati. ad vocat[i]o[n]e[m]. **Y**sa. 41. **V**ocavit eu[m] ut sequer[etur] se. **Q**uod dicit sancti ad sanctificat[i]o[n]e[m] sc[ilicet] illud **L**e. 21. **E**go d[omi]n[us] qui sanctifico vos. **H**oc aut[em] ap[osto]lus se scire dicit ex p[er]sona sanctor[um] dicens. **S**im[on]. sap. 10. **D**edit illi sciam sanctor[um]. **P**rocedit aut[em] hec scia tum ex experimento. tum etiam ex co[n]sideratione efficacite caritatis. **C**an. 8. **F**ortis est ut mors dilectio. **E**t etia[m] p[re]destinationis eterne. **Y**sa. 46. **H**is voluntas mea implebit et omne p[ro]siliu[m] meu[m] fieri. **E**t deinde cu[m] dicit. **M**as quos p[re]sciuit et. p[ro]bat q[uo]d dixerat tali r[ati]o[n]e. **N**ullus pot[est] nocere hijs quos de[us] p[ro]mouet. **S**ed p[re]destinatos diligentes de[us] deus p[ro]mouet. **E**rgo nihil pot[est] eis nocere. sed o[mn]ia cedunt eis in bonu[m]. **P**ri[us] ergo p[ro]bat minor[em]. s. q[uo]d eos de[us] p[ro]moueat. 1. maior[em]. s. q[uo]d p[ro]mouit a deo nihil pot[est] esse nociu[m] ibi. **Q**uid ergo dicem[us] et. **C**irca p[ri]mu[m] duo facit. **P**rimo p[ro]ponit ea que sunt ad p[ro]motione[m] sanctor[um] ab eterno. 2. ea que sunt ex t[em]p[or]e ibi. **Q**uos aut[em] p[re]destinauit et. **P**onit aut[em] duo circa p[ri]mu[m]. s. p[re]sciam et p[re]destinatione[m] cui[us] dicit. **M**as quos p[re]sciuit et quos p[re]destinauit. **D**icit aut[em] qui dam q[uo]d p[re]destinatio hic accipit p[ro] p[re]paratione que est i[n] t[em]p[or]e. qua. s. de[us] p[re]parat sanctos ad gra[m] et hoc dicunt ad distinguendu[m] p[re]sciam a p[re]destinatione. **S**ed si recte co[n]sideret[ur] vtr[ut]q[ue] est eternu[m] et d[omi]n[us] r[ati]o[n]e. **M**as sicut dicitu[m] est supra p[ri]mo. sup[er] illud qui p[re]destinat[ur] est. p[re]destinatio im[po]rtat p[ro]dinatione[m] qua[m]dam in alio eor[um] que quis est facturus. **A**d eterno aut[em] de[us] p[re]destinauit b[en]eficia que sanctis suis erat daturus. **U**nde p[re]destinatio est eterna. differt aut[em] a p[re]scia sc[ilicet] r[ati]o[n]e q[uo]d p[re]scia im[po]rtat sola[m] noticia[m] futuror[um]. sed p[re]destinatio im[po]rtat ca[us]itatem qua[m]dam respectu eor[um]. **E**t ideo de[us] habet p[re]scia[m] et de peccatis. sed p[re]destinatio est de bonis salutarib[us]. **U**nde ap[osto]lus ad ep[isto]l[am]. p[ri]mo dicit **P**redestinati sc[ilicet] p[ro]positi vsq[ue] ei[us] ut sim[on] in laude et. **C**irca ordi[n]e[m] aut[em] p[re]scie et p[re]destinationis. dicunt qui dam q[uo]d p[re]scia merito[rum] bonor[um] et malor[um] est ratio p[re]destinationis et reprobationis ut. s. intelligat q[uo]d deus p[re]destinet alijs q[uo]d p[re]scit eos b[en]e op[er]aturos et i[n] x[rist]o creditos. **E**t sc[ilicet] h[oc] littera sic legit[ur]. **Q**uos p[re]sciuit co[n]formes fieri ymaginis filij eius hos p[re]destinauit. **E**t h[oc] quide[m] rationabil[ite]r dicere tur. si p[re]destinatio respiceret i[n] vitam eterna[m] que dat meritis sed sub p[re]destinatione cadit et sine beneficijs salutare quod est homini ab eterno diuinit[er] p[re]paratu[m]. **U**nde eade[m] ratione o[mn]ia b[en]eficia que nobis confert[ur] ex t[em]p[or]e p[re]parauit nos ab eterno. **U**nde ponere q[uo]d aliq[ui]d merit[us] ex p[ar]te n[ost]ra p[ro]supponat cuius p[re]scia sit ratio p[re]destinationis nihil est aliud q[uo]d gratia[m] ponere dari ex meritis nostris. et q[uo]d p[re]cipuum bonor[um] o[mn]iu[m] est ex nobis et co[n]sumatio est ex deo. **U**nde co[n]uenienti[er] sic ordinat littera. **Q**uos p[re]sciuit hos et p[re]destinauit fieri co[n]formes ymaginis filij sui. **E**t ista co[n]formitas no[n] sit ratio p[re]destinationis sed termin[us] vel effectus. **D**icit enim ap[osto]lus ep[isto]l[am]. p[ri]mo. **P**redestinauit nos in adoptione[m] filio[rum] dei. **N**ihil enim aliud est adoptio q[uo]d illa co[n]formitas. **I**lle enim qui adoptat in filium dei co[n]formatur vero filio ei[us]. **P**rimo quide[m] in iure p[re]cipiende hereditatis. sicut supra eode[m] dicitu[m] est. **S**i filij et heredes. **H**eresedes quide[m] dei coheredes aut[em] x[rist]i. sc[ilicet] in p[ar]ticipat[i]o[n]e splendoris ip[s]ius. **I**p[s]e enim genuit[ur] est a patre tanq[ua]m splendor glorie eius. **H**e. p[ri]mo. **U**nde p[ro] hoc q[uo]d factos illuminat de lumine sapie[n]te et gratie facit eos fieri co[n]formes sibi. **U**nde in ps. dicit. **I**n splendoribus sanctor[um] ex v[er]bo ante luciferum genuit te. i. p[ro]fundente[m] o[mn]i splendor[em] sanctorum. **Q**uod aut[em] dicit. **Y**maginis filij eius. pot[est] intelligi dupli[ci]t[er]. **U**no modo vt sit co[n]structio appositiva. vt sit sensus

conformes imaginis filij eius qui est imago. Col. 1. Qui est imago inuisibilis dei. Alio modo potest intelligi ut sit constructio transitiva: ut sit sensus: predestinavit nos fieri conformes filio suo: in hoc qd portemus eius imaginem 1. corin. 15. Sicut portavimus imaginem terreni: sic portemus imaginem celestis. Dicit autem. Quos predestinavit non quod omnes prescitos predestinet: sed quod eos predestinare non poterat nisi presciret. Yere. 1. Primum quod te formarem in utero noui te. Quid autem ex hac predestinatione sequatur subiungit. Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Sicut enim deus suam naturalem bonitatem voluit alijs communicare: participando eis similitudinem sue bonitatis ut non solum sit bonus sed etiam actor bonorum. ita filius dei voluit conformitatem sue filiationis alijs communicare ut non solum sit ipse filius: sed etiam primogenitus filiorum. Et sic quod generatione eterne nam est unigenitus. secundum illud Jo. 1. Unigenitus qui est in sinu patris secundum collationem gratie sit primogenitus in multis fratribus. Apoc. 1. Qui est primogenitus mortuorum et princeps regum terre. Habet igitur christus nos fratres: tum quod nobis similitudinem sue filiationis communicavit: sicut hic dicitur. tum quod similitudinem nostre nature assumpsit. secundum illud Heb. 2. Debuit pro omnia fratribus assumi. Deinde cum dicitur. Quos autem predestinavit etc. ponit ea que ex tempore sancti divinitus consequuntur. Et primo ponit vocationem cum dicitur. Quos predestinavit hos et vocavit. predestinatio autem eius irrita esse non potest. secundum illud Ysa. 14. Iuravit dominus exercituum dicens. Si non ut putavi ita erit et quod me te tractavi sic eveniet. Primum autem in quo incipit predestinatio impleri est vocatio hominum: que quidem est duplex. Una exterior que fit ore predicatoris. puer. 9. Misit ancillas suas ut vocarent ad arcam. Hoc modo deus vocavit Petrum et Andream ut dicit Mattheus. 4. Alia vero vocatio est interior que nihil aliud est quam quidam mentis instinctus qui cor hominis movet a deo ad assensum illis que sunt fidei vel virtutis. Ysa. 41. Quis suscitavit ab oriente iustum et vocavit eum ut sequeretur se: Et hec vocatio necessaria est. quod cor nostrum non se ad deum converteret nisi ipse deus nos ad se traheret. Jo. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Tere. 5. Converterte nos domine ad te et convertertemur. Et etiam hec vocatio est efficax in predestinatis. quod huiusmodi vocationi assentiunt. Jo. 6. Omnis qui audivit a patre meo et vidit eum venit ad me. Unde secundo ponit iustificationem cum dicitur. Quos vocavit hos et iustificavit. scilicet gratiam infundendo supra. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Hec autem iustificatio et si in aliquibus frustratur quod non perseverant usque in finem: in predestinatis tamen nunquam frustratur. Unde tertio ponit magnificationem eum subdit. Hos et magnificavit. Et hoc dupliciter. scilicet. Uno quidem modo per perfectum virtutis et gratie. Alio autem modo per exaltationem glorie. Sap. ultimo. In omnibus domine magnificasti populum tuum et honorasti. Ponit autem preteritum pro futuro si intelligatur de magnificatione glorie vel propter certitudinem futuri vel quod in quibusdam est futurum in alijs est completum Deinde euz dicit. Quid ergo dicemus etc. manifestat maiorem scilicet quod propter a deo nullus potest nocere. Et primo ostendit quod non possit pati detrimentum pro malo peccato. secundo quod nec pro malo culpe ibi. Quis accusabit etc. Malus pene est duplex. Unum quidem consistit in illatione malorum. aliud in subtractione bonorum. Primo ostendit quod illi qui propter veniunt a deo non patiuntur detrimentum pro conatu alicuius peccantis dicens. Quid ergo dicemus? quasi dicat. Cum tot bona deus suis electis prestat quid potest dici contra hec vel scilicet predicta dei beneficia annullentur quasi diceret. Absibil. puer. 21. Non est sapientia et non est prudentia et non est consilium contra dominum. Vel quid dicemus? Ad hec si aspiciet et oportet nos obstupescere. Abacuc. 3. Secundum

aliam litteram. Considera opera tua et expande. Vel quid dicemus ad hec. scilicet. quid poterimus deo retribuere tot beneficijs dignum? ps. Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi? Et subiungit. Si deus pro nobis est scilicet predestinando vocando iustificando et magnificando: quis contra nos scilicet esse poterit efficaciter. Ysa. 5. Stremus simul quis est adversarius meus? Job. 17. Pone me iuxta te et cuius vis manus pugnet contra me. Secundo ostendit quod sancti dei non possunt pati detrimentum ex subtractione bonorum dicens. Qui etiam proprio filio non pepercit. Cum autem supra de multis filijs mentionem fecisset dicens. Accepistis spiritum adoptionis filiorum: ab omnibus illis hunc filium separat dicens. Propro filio suo id est non adoptato ut heretici mentiunt sed naturali et coeterno. 1. Jo. ultimo. Et simus in vero filio eius iesu christo. de quo pater dicit. Mattheus. 3. Hic est filius meus dilectus. Quare dicitur non pepercit. intelligendum est quod eum a pena non exemit. Ita culpa in eo non fuit cui parci potuisset: puer. 13. Qui percipit virge odit filium suum. Non tamen deus pater filio suo non pepercit ut ei aliquid accresceret qui est pro omnia deus peccatoris. sed propter nostram utilitatem eum passioni subiecit. Et hoc est quod subdit. Sed pro nobis omnibus tradidit. illud id est exposuit eum passioni pro expiatione peccatorum nostrorum. 1. Jo. 4. Tradidit est propter delicta nostra. Ysa. 53. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Tradidit eum deus pater in mortem: eum incarnari et pati statuerat et humane eius voluntati inspirando charitatis affectum qua passionem spontaneus subiret. Unde ipse seipsum tradidisse dicit epistolam. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. tradidit etiam eum iudas et iudei exterius aliquid operando. ut supra. 5. habitum est. Est autem notandum quod dicitur. quod etiam proprio etc. Quasi dicat. Non solum alios sanctos pro salute hominum tribulationi exposuit secundum illud Hebr. 6. Propter hoc dolui in prophetis. 2. cor. 1. Cum tribulamur pro vestra exhortatione et salute. Sed etiam proprio filium suum. In ipso autem filio dei omnia existunt sicut in primordiali preopatina causa. Col. 1. Ipse est ante omnia etc. Unde eo tradito nobis: omnia sunt data nobis. Unde subdit. Quod non etiam cum illo scilicet dato nobis omnia donavit nobis. ut scilicet omnia cedant in bonum nostrum. superiora quidem solum voluimus persone ad fruendum. rationales spiritus ad conuiuendum. omnia inferiora ad utendum non solum pro spera sed etiam adversa. 1. corin. 3. Omnia vestra sunt: vos autem christi: christus autem dei. Unde pater quod sicut in ps. dicitur. Nihil deest timentibus eum.

Lectio septima.

Quis accusabit adversus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnat? Christus iesus qui mortuus est: immo qui et resurrexit: qui est ad dexteram dei qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a charitate christi. Tribulatio an angustia: an fames: an nuditas: an periculum: an persecutio: an gladius? Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die. estimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus: propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim. quod neque mors: neque vita: neque angeli: neque principatus: neque virtutes: neque instantia: neque futura: neque fortitudo: neque altitudo: neque profunditas: neque crea-

Ad Romanos

tura alia poterit nos separare a charitate dei: que est in christo iesu dño nostro.

Post q̄ ap̄tus ostendit q̄ sancti quos deus p̄mouet hulum detrimentū pati possunt quasi a malo pene. hic ostēdit q̄ nulluz detrimentū pati possunt quasi a malo culpe. Et primo ostendit p̄positū. secundo excludit quandā obuiationem ibi. Christus iesus r̄. Circa primū considerandum est q̄ aliquis p̄pter culpaz leditur a duobus. Primo quidē ab accusatōe. secundo a iudice cōdemnate. Primo ergo ostendit q̄ nulla accusatio possit esse sanctis dei nociua. et hoc ratione diuine electionis. Qui em̄ aliquē eligit ex hoc ipso eum approbare videt. Sancti aut̄ sunt electi a deo. Ep̄. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: vt essemus sancti. Qui accusat improbat eum quem accusat. Non est aut̄ alicuius accusatio contra dei approbationē. Et ideo dicit. Quis accusabit. s. efficacit̄ aduersus electos. i. aduersus eos quos de⁹ eligit vt sunt sancti. Unde dicit apoc. 12. Proiectus est accusator: fratrum nostrorū. Secundo ostendit q̄ nullius accusatio p̄t esse sanctis nociua. Et hoc etiam ostendit ex alto dei beneficio quo. s. de⁹ nos iustificat. q̄d q̄dē beneficiū f̄mittit dicens. Deus. s. est qui iustificat f̄m illō q̄d supra dictū est Quos vocauit hos et iustificauit. 1. cor. 6. S; iustificati estis. Cōdemnatio aut̄ contra iniustos locū habet. Quis est ergo q̄ cōdemnet iustificatos a deo? Job. 34. Ip̄o cōcedente pacem quis est qui condemnet? Deinde cū dicit. Christus iesus excludit obuiationem. postea aliquis timere ne a christo iesu aliquis accusaretur et condemnaretur tanq̄ transgressor mādati ipsius xpi. sicut et de moyse dñs dicit. Jo. 5. Et qui accusat vos moyses in quo spe ratio. Et q̄ etiam ab ipso condemnaret eo q̄ ipse est cōstitutus a deo iudex viuorum et mortuorum. vt dicit act. 10. Ipse etiam est immunis a peccato. 1. cor. 2. Qui peccatum non fecit. et ideo ydoneus videt̄ ad accusandū et condemnandū f̄m illud Jo. 8. Qui sine peccato est vestrum p̄m in illā lapidē mirat. Et tō dicit xps iesus. Quasi dicat. Nūquid christ⁹ iesus accusabit aduersus electos dei vel etiam eos condemnabit? Et ostendit q̄ nō: q̄ etiā ip̄e f̄m humanitatē suam magna beneficia satis confert sicut et f̄m suam diuinitatē. Et ponit quattuor humanitatis ipsius beneficia. Primo quidē mortē cum dicit. Qui mortuus est sc; p̄ nostra salute. 1. p̄e. 3. Christ⁹ semel p̄ peccatis nostris mortuus est. Secundo resurrectionē p̄ qua. s. nos viuificat et nūc vita sp̄iali et tandē vita corporali. T̄n̄ subdit. Qui et resurrexit vt supra. 4. Resurrexit p̄p̄t iustificationem nostram. Addit aut̄ immo. q̄ potius est nūc cōmemorandus ex virtute resurrectionis q̄ ex infirmitate passionis. 2. cor. 1. ultimo. Nam si crucifixus est ex infirmitate nostra: viuūt ex virtute dei. Tertio ipsam patris confessionem cū dicit. Qui est a dextis dei id ē in equalitate dei patris f̄m naturam diuinā et in potioribus bonis eius f̄m naturam humanā. Et hoc etiam est ad gloriā nostrā q̄ vt dicit Ep̄. 2. Cōsedere nos fecit in celestibus in christo iesu. Inquantū em̄ nos membra eius sum⁹ nos in ipso deo patri cōsedemus. Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei sedere meū in throno meo sicut ego vici et sedi cum patre meo in throno eius. Quarto interpellationē eius cū dicit. Qui etiā interpellat p̄ nobis quasi aduocatus n̄r̄ crist⁹. Jo. 2. Aduocatū habemus apud patrē: iesu xpm. Ad officium aduocati p̄tinet non q̄ accusat vel condemnet s; magis accusatorē repellat et cōdemnationē impediat. Dicitur aut̄ p̄ nobis interpellare dupliciter. T̄no mō p̄ nobis orando f̄m illud Jo. 17. Non p̄ his ergo tantuz sc; ap̄ta sed his qui credituri sunt p̄ verbuz eorū in me. Nūc autē eius interpellatio p̄ nobis est voluntas ipsius de ve

stra salute Jo. 17. Volo vt vbi sum ego et illi sint mecum: Alio modo interpellat p̄ nob̄ humanitatē p̄ nobis assumptaz et mysteria in ea celebrata conspectui paterno representando. Heb. 9. Introiuit in ipsum celum vt appareat nunc vultui dei p̄ nobis. Deinde cum dicit. Quis ergo nos separabit et. Infert cōclusionē ex dictis. Et quia hec conclusio quasi incredibilis videt̄ inexpertis: p̄ponit eam p̄ moduz questionis. Unde tria facit. primo p̄ponit questionem. secundo ostendit necessitatē questionis p̄ponite ibi. Sicut scriptū est r̄. tertio ponit solutionē ibi. In his omnibus r̄. Potest aut̄ hec questio ex premissis duplici ratione concludi. Primo quidē sic. Tot beneficia sunt nobis diuinitus collata et tam efficacit̄ vt nullus contra ea possit. Sicut aut̄ predicta beneficia ad hoc r̄dunt vt nos simus in charitate radicati et fundati. vt dicit ep̄. 3. Quis ergo nos separabit a charitate christi? qua sc; xpm diligim⁹ et primū. f̄m q̄ ipse precepit. Jo. 13. Mandatū nouum dō vobis r̄. Alio modo sic. Dictum est q̄ magna beneficia deus sanctis suis confert ex quorū consideratio ne adeo charitas christi i cordibus nostris feruet q̄ nihil eam extinguere potest. Can. ultimo. Aquę multe non poterūt extinguere charitatē. Proponit aut̄ mala p̄ quorū passionem aliquis credi posset vt charitatem christi deferreret. Et primo ponit ea que p̄tinet ad vitā. secundo id q̄d p̄tinet ad mortē. Circa vero ea que in vita iminent sunt simenda. primo ponit mala presentia. secundo futura. Circa presentia vero primo ponit ea q̄ p̄tinet ad tolerantiaz malorum. secundo ea que p̄tinet ad defectū honoruz. Mala aut̄ p̄p̄ta considerari possunt dupliciter. T̄no mō f̄m q̄ sunt in patiente qui dupliciter ab eis affligit. s. exterius f̄m corpus. Et ad hoc p̄tinet tribulatio. Dicit em̄ a tribulis que sunt herbe p̄gitiue. Sen. 3. Spinas et tribulos germinabit tibi. Unde aliq̄s tribulati dicit cū exterius pungit. Nec t̄n̄ p̄pter hoc iusti vincunt. Dulce tribulationis iustorum et de his omnibus liberabit eos domin⁹. Affligit etiam homo ab eis p̄ interiozem anxietatem cordis dum sc; aliquis non videt quo diuertat vel q̄ modo euadat. Et quantum ad hoc subdit. An angustia? Dan. 13. Angustie mihi sunt vndiq; et quid eligā ignoro. Alio mō huiusmodi mala considerari possunt f̄m q̄ sunt in agente. Et quantum ad hoc subdit. An p̄secutio? Quis em̄ p̄secutio ad hoc p̄p̄t p̄tinet videat̄ q̄ aliquis alium p̄secutio effugando. f̄m illud Mat̄. 10. Si vos p̄secuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam: tamē cōmuniter p̄secutio accipi p̄t. p̄ infictione cuiuslibet nocumēti. ps. Multi p̄sequunt me qui tribulant me. Deinde ponit mala q̄ p̄tinet ad subtractionē honorū que sunt necessaria vite. s. cibus et vestimenta f̄m illud. 1. Ti. 6. Habete alimenta et quibus tegamur his contenti simus. Ad subtractionē aut̄ cibi p̄tinet fames. T̄n̄ subdit. An fames Ad subtractionē autē vestitus p̄tinet nuditas. Unde subdit. An nuditas. 1. cor. 4. Usq; in hanc horā esurim⁹ et sitimus: et nudi sumus. Quantum ad mala futura subdit. An periculum. s. imminens in futurū. 2. cor. 12. Periculis fluitum periculis latronū. Quantum aut̄ ad mortē subdit. An gladi⁹. Heb. 11. In occisiōe gladii mortui sunt. Deinde cum dicit. Sicut scriptū est r̄. ostendit huius questionis necessitatē p̄ hoc q̄ dicit q̄ sanctis omnia ista iminebant patiēda p̄pter christi charitates. Et inducit versus psalmiste quasi in persona martyri p̄posita. In quib⁹ primo ponit causam passionis. Martyr em̄ non facit pena sed causa vt dicit aug. Unde dicit. p̄p̄t te Mat̄. 30. Qui perdidit atam suam. i. vitam p̄pter me inueniet eam. j. p̄e. 4. Nemo vestrū patiat vt fugat aut homicida. Si aut̄ vt christianus nō erubescat. Patit aut̄ p̄pter christum non solum qui patit p̄pter fidem christi: sed etiam q̄

panis p quocunq; iusticie opere p amore christi. **Matth. 5.**
Beati qui psecutione patiunt ppter iusticiam. **Secundo**
 ponit grauitate passionis cum dicit. **Mortificamur** id est
 morti tradimur. **Beater. 7.** Traditi sumus ego et popul⁹
 meus vt coteramur et ingulemur et pereamus. **Tercio** cō-
 tinuitatem psecutionis cum dicit. **Tota die** id est p totū
 tempus vite. **2. corin. 4.** **Semper** nos q̄ viuimus in mor-
 tem tradimur ppter iesum. **Quarto** promptitudinē ptes-
 quentū ad occidendū cum dicit. **Estimati** sumus vt oues
 occisionis. **i.** deputate vt occidant in macello: que cuz stu-
 dio occidunt. Ita et sancti ex pposito et cum studio occide-
 bant. **Jo. 16.** **Venit** hora vt omnis qui interficit vos arbi-
 tretur obsequiū se prestare deo. **2. a. 11.** **Pasce** pecora ocs-
 isionis que q̄ possederant occidebant. **Deinde** cum di-
 cit. **Sed in his omnibus.** soluit questionē. **Et primo** ppo-
 nit solutionē viceus. **Sed in his omnibus.** s. malis que
 supra posui speramus dum scz circa omnia illibata cha-
 ritate seruam⁹. **Sp. 10.** **Certamē** forte dedit illi vt vin-
 ceret. **Et hoc** non nostra virtute: sed p auxiliū christi. **Uñ**
 subdit. **Propter** eum qui dilexit nos. **i.** ppter eius auxili-
 um vel ppter affectum quem ad eum habemus non quasi
 nos primo dilexerim⁹ euz: s; qm̄ ipse p̄or dilexit nos vt di-
 citur. **1. Job. 4.** et **1. corin. 14.** **Gratias** deo q̄ dedit nobis
 victoriam p iesum christū. **Secundo** ibi. **Certus** sum. ma-
 nifestat solutionē ostendens inseparabile esse sanctorū cha-
 ritate. **Et primo** ostendit q̄ non potest separari a creatu-
 ris que sunt. **secundo** q̄ nec etiā a creaturis que non sunt
 sed esse possent ibi. **Neq;** creatura alia. **Circa** primū duo
 facit. **primo** ponit ea que sunt in hōe dicens. **Certus** suz
 est q̄ neq; mors que est precipuū inter terribilia. neq; vi-
 ta que est precipuū inter appetibilia scz poterit nos sepa-
 re a charitate dei. **infra. 14.** **Sive** viuimus domno viuim⁹
 sive morimur dño morimur. **In** his autē duob⁹ inclu-
 duntur omnia q̄ supra posuit. **nam** sex precedentia p̄tinēt
 ad vitam. **vnū** autē scz gladius p̄tinēt ad mortē vt supra
 dictū est. **Deinde** ponit ea que sunt exterius in ter que pri-
 mo ponit spūales creaturas dicens: **Neq;** angeli qui scz
 sunt minores deputati ad custodiāz hoim̄ singulorū. **ps.**
Angelis suis mandauit de te. **Neq;** principar⁹ scz q̄ sunt
 deputati ad custodiāz gentiū. **Dan. 10.** **Hunc** reuertit vt
 p̄liet aduersus principem persarū. **Cum** em̄ egredieret
 apparuit princeps grecorū veniēs et nemo est adiutor me-
 us nisi michael noster princeps. **Addit** autē neq; virtutes
 Quē est supremus ordo ministrantiū. **Luc. 21.** **Virtutes**
 celozū mouebunt. **Potest** autēz hoc intelligi dupliciter.
Uno modo de malis angelis qui contra sanctos decerāt
Ep̄. 6. **Non** est nobis colluctatio aduersus carnē et san-
 guinem: sed aduersus principes et potestates. **Alio** modo
 potest intelligi de bonis. **Et** fm̄ hoc vt **Chrysostom⁹** dic
 in libro de cōpunctione cordis: **Hoc** dicebat non q̄ ange-
 li affectare possent aliquando eum a x̄po separare sed etiā
 ea que sunt impossibilia verbigratia fieri posse dixit ma-
 gis q̄ se ab amore x̄pi seungi. vt p hoc quanta in eo vis
 esset diuine charitatis ostenderet. atq; omnibus ante ocu-
 los poneret. hic em̄ amantium mos est vt amorem suum
 silentio tegere nequeant. sed necessarijs suis et caris esse
 runt et produnt et flāmas suas intra pectus cobibere non
 possunt. **Enarrant** ea frequentius vt ipsa assiduitate nar-
 randi amoris sui solacium capiant: et refrigeria immēsi ar-
 doris assumant. **Sic** ergo facit beatus hic eximius ama-
 tor x̄pi omnia que sunt et que erūt queq; accidere possunt
 et que omnino non possunt simul vno sermone complecti.
Et simile est qd̄ dicit **Gal. 1.** **Licet** nos aut angelus de ce-
 lo euangelizet vobis p̄ter q̄ euangelizauit vobis ana-
 themata sit. **Deinde** ponit etiam creaturas sensibiles q̄z
 duplicē diuersitatē ponit. **primo** qd̄ fm̄ tempus q̄ diuersi-

ficatur fm̄ p̄sens et futurū. **Unde** dicit. **Neq;** instantia id
 est presentia siue dolorē siue delectationē inferant. **2. cor.**
4. **Non** cōtemplantib⁹ nobis ea que vident. **Addit** autē.
Neq; futura quoz nec timor: nec desiderū potest nos sepa-
 rare a christo. **Unde** ipse dicebat. **Act. 21.** **Ego** non soluz
 alligari sed et mori in hierusalē paratus sum ppter nomē
 dñi iesu. **Deinde** ponit diuersitatē sensibiliū creaturaz
 ex parte magnitudinis. et primo tāgit magnitudinē virtū-
 tis cuz dicit. **Neq;** fortitudo id est neq; creatura fortis po-
 test me separare a christo puta fortis ignis aut fortis aqua
 qz vt cañ. 8. dicit. **Fortis** est vt mors dilectio. **Deinde**
 ponit magnitudinē dilectionis describēs eam fm̄ ea q̄ p-
 prie conueniunt corporibus. s. altum et pfundū. **Unde** di-
 cit. **Neq;** altitudo ex qua scz alijs mibi minaret p̄cipituz
 sicut dicit **Luc. 4.** **Quixerūt** iesus vsq; ad sup̄clliū mō-
 tis vt precipitarent eum. **Neq;** profundū in quo aliqua
 submersione minaret. **ps.** **Infixus** sum in limo pfundi.
Possunt etiam hec tria ad res humanas referri. **Tripli-**
citer em̄ aliquis homo posset a deo aliquē auertere. **Uno**
 quidē mō cogendo p fortitudinē. **S; sicut** dicit. **1. Reg. 2.**
Non est fortis sicut deus noster. **Secundo** stupefacien-
 do p altitudinē auctoritatis. sed de deo dicit in ps. **Tu**
 solus altissimus sup omnē terram. **Tercio** seducendo per
 profundū sapientie. sed de deo dicit **Job. 11.** **Profundior**
 inferno. et vnde cognosces? **Possunt** etiā hec duo altitu-
 do et profundū ad prospera et aduersa referri fm̄ illud. **2.**
corin. 6. **Per** arma iusticie a dextris et a sinistris. **Vel** fm̄
Chrysostomū in libro de cōpunctione cordis. q̄ ait al-
 titudo et profundū nō mibi aliud indicare vidēt q̄ regnū
 celozū et gehennā. **Quasi** dicat. nec si a regno decidere
 me necesse sit aut etiam in gehennā trahi p x̄po: nec hoc
 quidē mibi metuendū est. **Quantū** autē ad ea que nō sunt
 s; possūt eē subdit. **Neq;** creatura alia qd̄ vtiq; fm̄ **Chry-**
sostomū de his dicit que non sunt. quasi illi non sufficiāt
 omnia que sunt sed illa que non sunt puocat quodā mos-
 do ad certamen. **Nihil** inquit istoū poterit nos separare
 a charitate dei. **1. corin. 13.** **Charitas** nunq̄ excidit. **Que**
 quidem charitas dei est in christo iesu dño nostro. qz scz p
 eum data est nobis inquantū spiritū sanctum nobis dedit
Luc. 12. **Ignem** veni mittere in terrā et quid volo nisi vt
 accendat. **Sed** cum scriptū sit **Eccl. 9.** **Nescit** homo vtz
 amore vel odio dignus sit sed omnia in futurū seruant in
 certa. quid est hoc qd̄ dicit se esse certū q̄ nihil possit eum
 a charitate separare. **Ad** qd̄ dicit potest q̄ ap̄lus nō loquī-
 tur singulariter de seipso: sed loquit in persona omniū p̄-
 destinatorū de quibus ppter certitudinem p̄destinatiōis
 annunciat q̄ nihil eos a charitate possit separare. p̄t etiā
 ista certitudo causari ex virtute charitatis que quantum in
 se est ab aliquibus non potest superari cum deum super
 omnia viltgāt. **Quā** autē aliquis interdum a charitate rece-
 dat non est ppter defectū charitatis: sed ppter defectum
 liberi arbitrii. **Si** autē ap̄lus hoc dicit de seipso de hoc cer-
 tus esse non poterat nisi forte p reuelationē qz dicit est ei
 Sufficit tibi gratia mea. **2. corin. 12.** **nam** quantū ad pos-
 sibilitatem liberi arbitrii ipse alibi dicit. **1. corin. 9.** **Ne** for-
 te cum alijs predicauerim ipse reprobus efficiar.

Incipit capitulū nonum.

Ueritatem dico in christo non me-
 ritor. testimoniu phibente conscie-
 tia mea in spū sancto. qm̄ tristitia
 mihi magna est et cōtinuus dolor
 cordi meo. **Op**rabam ego ip̄e anathema esse
 a x̄po p fratrib⁹ meis qui sunt cognati mei
 f ij